

KURENDY

Przemyskiego Konsystorza Biskupiego obrz. Łac.

Rocznik 1870.

IX.



Nr. 40.

Praes.

Communicamus VV. Clero Diocesano tam saeculari quam regulari Bullam SS. Domini Nostri Pii PP. IX. qua Ss. Oecumenicum Concilium ob ingruentes funestissimas calamitates suspenditur, omnibus tamen, quae in Apostolicis litteris dd. 11. Aprillis 1869 disposita & indulta fuerant, in suo vigore permanentibus, acsi ipsius Concilii celebratio procederet: — Pius PP. IX. Ad futuram rei memoriam. — Postquam Dei munere Oecumenici Vaticani Concilii celebrationem inire anno proxime superiore Nobis datum est, vidimus sapientia virtute ac sollicitudine Patrum qui ex omnibus orbis terrarum partibus frequentissimi convenerant maxime admittente, ita res gravissimi huius et sanctissimi

85.

Promulgatur
suspensio Ss.
Oec. Concilii
Vaticani.

operis procedere, ut spes certa Nobis affulgeret eos fructus quos vehementer optabamus, in Religionis bonum et Ecclesiae Dei humanaeque Societatis utilitatem ex illo fore feliciter profecturos. Et sane iam quatuor publicis ac solemnibus Sessionibus habitis salutares atque opportunae in causa fidei Constitutiones a nobis eodem sacro approbante Concilio editae ac promulgatae fuerunt, aliaque tum causam fidei tum ecclesiasticae disciplinae spectantia ad examen a Patribus revocata, quae suprema docentis Ecclesiae auctoritate brevi sanciri ac promulgari possent. Confidebamus istiusmodi labores communi Fraternitatis studio ac zelo suos progressus habere, et ad optatum exitum faciliter prosperoque cursu perduci posse; sed sacrilega repente invasio huius Aliae Urbis, Sedis Nostrae, et reliquarum temporalis Nostrae ditionis regionum, qua contra omne fas civilis Nostri et Apostolicae Sedis Principatus inconcussa iura incredibili perfidia et audacia violata snnt, in eam Nos rerum conditionem coniecit, ut sub hostili dominatione et potestate, Deo sic permittente ob imperserutabilia iudicia sua, penitus constituti simus. In hac luctuosa rerum conditione, cum Nos a libero expeditoque usu supremae auctoritatis Nobis divinitus collatae multis modis impediamur, cumque probe intelligamus minime ipsis Vaticani Concilii Patribus in hac alma Urbe praedicto rerum statu manente, necessariam libertatem securitatem tranquillitatem suppeteremus et constare posse ad res Ecclesiae Nobiscum rite pertractandas, cumque praeterea necessitates Fidelium, in tantis iisque notissimis Europae calamitatibus et motibus, tot Pastores a suis Ecclesiis abesse haud patientur; idecirco Nos eo res adductas magno cum animi Nostri moerore perspicientes, ut Vaticanum Concilium tali in tempore cursum suum omnino tenere non possit praevia matura deliberatione, motu proprio eiusdem Vaticani Oecumenici Concilii celebrationem usque ad aliud opportunius et commodius tempus per hanc Sanctam Sedem declarandum, Apostol. auctoritate tenore presentium suspendimus, et suspensionem esse nunciamus, Deum adprecantes auctorem et vindicem Ecclesiae Suae, ut submotis tandem impedimentiis omnibus Sponsae Suae fidelissimae ocios restituat libertatem ac pacem. Quoniam vero quo pluribus et gravioribus periculis malisque vexatur Ecclesia, eo magis instantum est obsecrationibus et orationibus nocte ac die apud Deum et Patrem Dom. Nost. J. Christi, Patrem misericordiarum et Deum totius consilationis, volumus ac mandamus, ut ea quae in apostolicis litteris die 11. Aprilis anno proxime superiori datis, quibus indulgentiam plenariam in forma Iubilaei occasione Oecumenici Concilii omnibus Christifidelibus concessimus, a Nobis disposita ac statuta sunt, iuxta modum et rationem iisdem litteris praescriptam in sua vi firmitate et vigore permaneant, perinde ac si ipsius Concili celebratio procederet. Haec statuimus nunciamus volumus mandamus, contrariis non obstantibus quibuscumque; irritum et inane decernentes si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam Nostrorum suspensionis nunciationis voluntatis mandati ac decreti intrin-

gere vel ei ausu temerario contraire, si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei et Beatorum Petri ac Pauli Apostolorum Eius se noverit incursum. Ut autem eaedem praeentes litterae omnibus quorum interest innotescant, volumus illas seu earum exempla ad valvas Ecclesiae Lateranensis et Basilicae Principis Apostolorum nec non S. Mariae Maioris de urbe affigi et publicari, siveque publicatas et affixas omnes et singulos quos illae concernunt perinde arctare, ac si unicuique eorum nominatim et personaliter intimatae fuissent.

Datum Romae apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die 20. Octobris Anno MDCCCLXX.

Pontificatus Nostri Anno vecesimoquinto.

N. Card. Paracciani Clarelli.

Nr. 41.

Praes.

36.

Indictio con-
cursus ad be-
neficia par.

Obtentis a S. Sede Apostolica medio Rescripti S. Congregationis extraordinariis negotiis praepositae facultatibus dd. 4. Octobr. a. c. ad decennium valitutis, celebrandi bis in anno examina de scientia Candidatorum ad beneficia parochialia, annuntiamus VV. Clero dioecesano terminum pro iisdem examinibus instituendis in sequentes dies constitutum esse: 11. et 12. Januarii 1871. 21. et 22. Junii, 18. et 19. Octobris.

Premisliae die 8. Novembris 1870.

L. 1945.

Zalecamy niniejszem WW. Duchowieństwu książkę do nabożeństwa pod tytułem „Zdrój pociechy“, którą ks. Włodzław Weissenbach, pleban w Krzemienicy i promotor Arcybiskupstwa „Paska rzemiennej“ ku czci Najśw. Maryi Panny Pocieszenia ulożył.

Pragnący ją nabędź w drodze prenumeraty, przeszłą 1. zlr. a. w. do wydawcy Zdroju pociechy. Jana Pelara, właściciela księgarni i drukarni w Rzeszowie.

Przemyśl dnia 8. Listopada 1870.

L. 2087.

Ks. Melchior Bejmanowski, przełożony klasztoru OO. Paulinów na Skałce w Krakowie, przedłożył Konsystorzowi prośbę o ogłoszenie WW. Duchowieństwu, że nabył dzieło „Żywot po zniżonej cenie 550 egzemplarzy dzieła ks. Jana Długosza, wiekopomnego historyka naszego, „Żywot św. Stanisława Biskupa Krakowskiego“ które ks. Ludwik Karczewski z oryginału łacińskiego na polski język przełożył.

Chcący nabędź to dzieło 472 stronnic obejmujące, i nie tylko treścią się zalecające, ale i pięknem wydaniem, niechaj się zgłoszą do wyż wspomnianego ks. Melchiora, albo do kancelaryi konsystorskiej, a otrzymają je za złożeniem 1 zlr. a. w., albo za odprawienie 2 Mszy św. na które właściciel wzmiarkowany intencją wyznaczy. Z uwa-

37.

Zaleca się
Książka pod
tytułem

38.

Zaleca się
„Żywot
św. Stanisława Bpa.”

gi, że czysty dochód ze sprzedaży tego dzieła ma być obrócony na restaurację wewnętrzna kościoła św. Stanisława, polecamy tem więcej WW. Duchow., aby w taki sposób przyczyniło się do odnowienia świątyni, śmiercią męczeńską Patrona naszego wslawionej.
Przemyśl dnia 7. Listopada 1870.

L. 2110.

29.

Zaleca się trzeci wyda. PP. Gubrynuwicz i Schmit, właściciele księgarni we Lwowie przy placu Ducha św. Pisma św. ks. Serwacjusza. l. 43 ogłaszały przedpłatę na trzecie wydanie Wykładu Pisma św. IX. Walerego Serwacjusza wykładu watowskiego po zniżonej cenie. Przedpłata na 4 tomy spore in IVto. wynosi 5 zlr. — Tom I. już wyszedł w z. m., tom II. w Listopadzie, III. i IV. w Grudniu b. r. Przesyłając WW. Duchowieństwu za pośrednictwem Urzędów dekanalnych odezwę dotyczącą tego wydania, mamy nadzieję, że dla ułatwienia sobie czytania Pisma św. skorzystać z tej okazji łatwego nabycia dzieła, które zrozumienie Skarbów mądrości Wcielonego Słowa w Piśmie św. zawartych przystępniejszem czyni.

Chcący nabyć rzeczone dzieło, zgłoszą się do wyzwizmiankowanej księgarni.

Przemyśl dnia 9. Listopada 1870.

40.

Warowni Krzyża 1. Ze- Kurenda IV. b. r. L. 1123 rozesłano po WW. Urzędach dekanalnych I. zoszyt pisma Warowni Krzyża. Ponieważ zatrzymujący ten zeszty, okazują tem samem, że do przesył ma być numeraty reszty pięciu zeszytów przystąpili; przeto wzywa się XX. Dziekanów, którzy zwróceni niezwrócili I. zeszytu, aby należytość 1 Guldena natychmiast przesłali do Wydawnictwa „Warowni Krzyża“ w Krakowie za przekazem pocztowym, z kąt otrzymają wyszle już dalsze 2 zeszyty.

Przemyśl 25. Listopada 1870.

41.

Poleca się Czasopismo udowe „Chata.“

Kurenda 2. b. r. L. 496, polecił Konsistorz pismo Indowe „Chata“ wychodzące we Lwowie, którego redakcję objął od jakiegoś czasu ks. Otton Hołyński, wikariusz przy katedrze tamtejszej. Dziś przy rozesłaniu nowych kart prenumeracyjnych, z tem większą otuchą podnosimy głos za tem pismem, które mimo trudnych niewypowiedzianie warunków, doborem artykułów i przystępnościa ceny zyskało abonentów pomiędzy Duchowieństwem i ludem wiejskim. Wzywamy przeto WW. Duchowieństwo, aby udziałem swoim w prenumeracie i wspieraniem artykułami, ustaliło dalszy byt tego pisma tem cenniejszego, ile że ma na celu prawdziwą oświatę ludu, na tyle zgubnych wpływów narażonego. Bezpośredni opiekunowie ludu wiernego mamy święty obowiązek starać się pilnie, aby kwestie ściśle nie należące do kazalnicy i katechizacji, na gruncie wiary rozbierać i osądzać, nie oddzielając od prawa Bożego ustaw świeckich, jeśli te na istotną korzyść kraju wyjść mają.

Przemyśl dnia 25 Listopada 1870.